

*100. Instrumentum venditionis
di Tommaso de Petrafissa in
favore di Ciccone de Riccardo,
arciprete della cattedrale di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*100. Instrumentum venditionis
di Tommaso de Petrafissa in
favore di Ciccone de Riccardo,
arciprete della cattedrale di Potenza*

1413-04-24

(c. 420r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo
quinto decimo, regnante serenissimo domino domino
nostro Ladizlao Dei gratia Hungarie, Ierusalem, Sicilie,
Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie,
Coma[ni]e Bulgarie rege, Provincie, Forcalquerii ac
Pedimonte <sic> comite, regnorum vero eius anno
vicesimo septimo feliciter amen, die vicesimo quarto
mensec aprelis, sexte inditionis, apud civitatem Potentie.

1

Nos notarius Ciccus notarii Iacobi de Ing(annu)lo de
Potentia et ipsius civitatis Potentie annalis iudex,
Thomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per
provincias Principatus citra et ultra serras Montorii,
Capitinate et Basilicate regia aut[orit]ate notarius et
[teste]s subscripti ad hoc [speci]aliter vocati et rogati,
presenti scripto publico fatemur atque testamur quod
predicto die in nostri presentia constitutus [v]ir nobilis
Thomas de Petrafissa, civis civitatis Potentie, non vi,
dolo, metu ductus, ut dixit, nec aliquibus subasionibus
erectum vistum, sed pro suis exequendis negotiis,
ut dixit, et expeditus visum fuit, vendidit, alienavit

Il documento – sotto l'anno 1415 – va ricondotto al 1413,
al quale corrispondono vuoi l'indizione vuoi l'era regni
(computata per anni interi); essendo coerenti questi due dati,
si è scelto di retrodatarlo ipotizzando o un errore da parte del
notaio Tommaso Strambo, ovvero una misinterpretazione da
parte del trascrittore, che potrebbe aver scambiato quarto con
quinto. Quest'ultima ipotesi pare più convincente, giacché la
medesima situazione, relativamente ai dati cronici, si trova
anche in altre testimonianze rogate dal notaio Tommaso
Strambo

et per fustis traditionem assignavit iure proprio et inperpetuum domno Ciccono de Racredo, archiepiscopo maioris // (c. 420v) ecclesie Potentie ibidem presenti, ementi pro se, suis heredibus et successoribus recipienti, ysclam unam sitam et positam in tenimento civitatis Potentie in contrata ubi dicitur lu Mellino de Sancto Luca, suptus dictum molendinum, confinatum ab una parte iuxta flumen magnum, ab alia parte iuxta terras benefiam Sancti Angeli mediante limite, iuxta terras filiorum quondam Adenolfi de Stampis, mediante limite comuni, et alios fines; et dictus venditor prefatum emptorem in corporali et vacua possessione dicte yselle coram nobis per fustem induxit ad verum d[ominium] et proprietatem ipsius emptoris et suorum [here]dum et successorum ad habendum, permutandum nec non quocumque modo volueris <sic> dictus et sui heredes et successores alienandum, cum viis suis in dicta yscla intrandi et exeundi, libere et sine impedimento atque cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis suis sibi spectantibus quocumque modo; pro qua quidem venditione dictus venditor coram nobis confessus et contentus fuit se recepisse et manualiter habuisse a dicto // (c. 421r) emptore nomine alt(er)i precii inter eos conventi, in carlenis argenti, sexaginta per unciam compute <sic>, uncias quinque usualis regni peccunie et ponderis generalis, totum scilicet precium venditionis ipsius; promittens dictus venditor pro <sic> se et suos heredes dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti, litem controversiam vel questionem aliquam de dicta yscla ullo umquam tempore non inferri nec inferenti consentire vel absentire, sed dictam ysclam eidem emptori et suis heredibus et successoribus ab omni homine et persona quacumque

legitime defendere, guarentire et disbrigare et de evitione teneri et dictam vendicionem et omnia et singula supradicta et infrascripta [firma] et firmam ac ratam et rata habere, tenere et nunquam contrafacere vel venire, per se et suos heredes aud aliquos quovis modo, et <sic> iudicio et extra iudicium, de iure vel de facto, aliqua occasione, modo, ingenio seu tractatu, sub pena dupli precii supradicti, mediante ipsius pene regie curie vel alteri curie ubi exinde facta fuerit reclamatio // (c. 421v) seu querela et altera medietate dicti emptori vel suis heredibus et subcessoribus persolvenda totiens seu quotiens fuerit exinde quomodolibet contra factum, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et dicto emptore pro se et prefato venditore sollepniter stipulantibus penam ipsam; qua comissa vel non comissa, exapta vel non exapta seu gratiose remissa, presens nichilominus instrumentum, cum omnibus que in se continet, in suo semper robore perseveret, cum refecione damnorum interesse et expensarum litis et extra litem que fierent propterea quoquo[m]odo, de quibus stari et credi voluit et debeat assercioni cum iuramento dicti emptoris et heredum, nulla alia rationer quesita. Et renunciavit super hiis dictus venditor voluntarie et expresse, pro cautela dicti emptoris et suorum heredum, exceptioni doli mali, vix, metu et in furtum, presentis non sic celebratus contraptus <sic>, exceptioni deceptionis et franc(i)s reique predicto modo non geste vel aliter habite quam superius continetur et est expressum, exceptioni dicte pecunie non numerate, non solute, non habite et non recepte ac non boni argenti, legi resissorie qua decepte <sic> ultra dimidiam iusti precii subvenitur et generaliter omnibus aliis // (c. 422r) auxiliis et beneficiis omnium

legum atque iurium et specialiter iuri dicenti generalem renunciacionem non valere et iuri per quod cavetur quod dicto iuri renunciari non potest, quibus et propter que dicta venditio, confessio et st(i)p(ulatio)n(is) <sic> huius tenore <sic> possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus et singulis actendendis et inviolabiliter observandis quodque predicta omnia et singula vera sunt, dictus venditor prefato emptori presenti et recipienti coram nobis corporaliter tacta ad sancta Dei evangelia prestitit iuramentum; et voluerint dicti contrahentes quod si aliqua iuris sollempnitas in presenti instrumento deficeret, tacite et expresse intelligatur in eo ac totiens refici et emendari possit ad consilium sapientis tum quotiens opus fuerit, veritate <sic> substantia tantum non mutata. Unde ad futuram memoriam et dicti venditoris preces et prefati emptoris et suorum heredum et successorum certitudinem factum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis et notarii predictorum testium subscriptionibus roboratum et subsignationibus.

2

3

4

5

6

Così S per suasionibus circumventus

Così S per expediens

Così S, in docc. coevi Riccardo

Così S per archipresbiter

Così S per? lu Molino

7

8

9

10

11

12

13

Quod scripsi ego predictus Thomasius publicus ut supra
notarius qui premissis omnibus // (c. 422v) vocatus et
rogatus interfui ipsumque meo consueto et solito signo
signavi. Ego notarius Ciccus notarii Iacobi qui supra
annalis iudex Ego domnus Antonius de Lacupensuli
archidiaconus Potentinus testis interfui Ego domnus
Thomasius Undarius canonicus Potentinus testis sum †
Signum crucis proprie manus Philippi de Afrelmo testis
ydiote qui interfuit et se scribere nesciente <sic>

14

15

Così S per beneficii

Così S per yscle

Così S per ultimi

Così S per medietate

Così S per factum

Così S per fraudis

Così S per nostrorum

Così S per Budario (da nota testium)

Così S per Exelcia (da docc. coevi)